1248 Actum in Castro Premisliẽn. Feria secunda post Dnicam Jubilate
261/IV proxa Anno Dñi Millesimo sexcentesimo Quadragesimo Nono

Maytkowski consorti Reformat

Comparens personatis coram Offo et Actis praesens Castrensis Capitaneatus Premisliensis Nobilis Feytko Maytkowski Leskowicz sanus mente et corpore existens a terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premisliensis quoad Actum modernum attinet secum successoribus bonisque suis quaestionibus omnibus totaliter et plenarie incorporando subjiciendoque palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobilis Maruchnaeus Juliconna, olim Nobilis Michalko Jazulic Honzdra filiae sui verae recognitae consorti legitimae eiusque posteris summam centum florenorum Polonicorum respectu verae dotis post ipsam de bonis ipsius paternis et maternis acceptae et in domum suam importatae, Nec non aliam similem summam centum florenorum Polonicorum in vim certi veri iusti et liquidi dotalitii in et super tota et integra medietate bonorum suorum generatis omnium mobilium et immobilium haereditariorum et obligatorum summarumque quarumvis pecuniariarum nunc habitarum et in posterum habendarum Nec non auri argenti aeris ferri pecorum pecuniarum equorum equiverum ac totius supellectis domesticae dedit dotavit dotalitiavit inscripsit et reformavit prout per praesentem dat dotat dotalitiat inscribit et reformat, Per ipsam consortem suam et ipsius posteros hac eadem medietate bonorum suorum quaestionibus cum Universis ipsorum utilitatibus et emolumentis beneficiisque et praerogativis quibusvis tenendi habendi et possidendi illis quiete et pacifice utifonerum ac ad suos suorumque successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter converterum more a titulo aliarum reformationum hactenus et diutius in regno praesenti observari solitarum praesenti sua recognitione ad praemissa omnia mediante

Dotis 6 leg. Pol. [illegible]

Krasicka